



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 20. Conspiratio in Urbanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

vestris non habebitis conciones ante solemne sacrum, cui prima diei parte adesse Christiani solent in templo suæ parœciæ: nec ibi verba facietis, præterquam invitante, aut saltem permittente Parocho. Quo die ad populum dicet Episcopus ipse, aut pro eo quidam alius, non audebitis idem agere in eadem urbe, aut loco. Sicuti parœco sepulturam dabitis, ejus Curioni aut Episcopo, etiamsi neuter postulet, ex decreto Papæ Gregorii, ac pro more recepto dimidiam, aut tertiam, vel quartam partem eorum omnium, quæ hanc ob causam acceperitis, intra dies octo tradetis. Dabat Neapoli 21 Nov. 1384.

Sæcul. XIV.
A. C. 1384.

§. XX.

Conspiratio in Urbanum.

Cardinales, & Aulici ob visam Urbanum inter ac Regem discordiam magnopere metuentes, ne in terris hujus Principis non securi viverent, orabant Papam, ut vel amicitiam cum Carolo firmam jungeret, vel Romam, aliamve Italiæ partem extra regnum sitam, & aulæ suæ idoneam, tutamque peteret: sed operam ludebant. Tum Cardinalis Reatinus Montis Cassini Abbas Petrus Tartarus Neapoli commorans, sed cum Cardinalibus quibusdam Nuceriæ ver-

Th. Nierst
c. 41.

c. 42.

Sæcul. XIV.
A. C. 1384.

fantibus conspirans ex composito in Con-
siliū adhibuit Bartolinum Placentinum
in Romana Curia Procuratorem, virum
audacem, ac ingeniosum: qui hanc pro-
posuit quæstionem: Si Papa nimis negli-
gens, aut imperitandi parum peritus ef-
set; si iudicii sui tenacissimus omnia ex
voluntate sua inconsultis Cardinalibus fa-
ceret; denique si per malam agendi ra-
tionem suam Ecclesiæ universæ pericu-
lum conflaret: an non liceret Cardinali-
bus sua per suffragia illi unum pluresve
Curatores dare, quorum de sententia ex-
pedire negotia cuncta teneretur? Duo-
decim hujusmodi quæstiones movebat
Bartolinus, & affirmante pro sententia
rationes multas afferebat: sed post exa-
men accuratum nihil hac de materia sta-
tutum est.

Rayn. n. 3.

Interim Cardinalis Manupellius ex fa-
milia Urfinorum Papæ hanc consultatio-
nem secreto denunciavit, quin etiam
ejusdem puncta exhibuit. Furebat iste;
ac paulo post, cum Cardinales rei con-
scii venissent in senatum, simul ac is fini-
tus erat, sex e doctissimis retinuit. En
ea, quæ Papæ de illorum conspiratione
dicta fuerant!

Certo senatus die, dum adibunt ar-
cem, præcedere jubebunt duodecim do-
mesticos arma sub longis vestibus tecta
gerentes. Postquam congregati fuerint;
com-

commoto subito tumultu correptum Pa-
 pam ex arce in subjectum S. Francisci
 templum per vim deducunt. Ibi certas
 quæstiones proferent, ad quas ut respon-
 sa reddat, instabunt: & quidquid repo-
 fuerit, aut si responderit nihil, produ-
 cti testes falsi objecta omnia confirma-
 bunt. Tum Cardinales conjurati damna-
 tum hæresis Papam pronunciata totius
 nomine Collegii sententia statim suppli-
 cio ignis afficient. Habent pro certo
 Cardinales reliquos facinoris expertes id
 probaturos esse metu Regis Caroli, vel
 ob spem vivendi liberius; cunctosque si-
 mul facturos alium Papam jam decretum.

§. XXI.

*Sex Cardinales in carcerem mit-
 tuntur.*

Exequendo huic proposito conjurati de-
 stinaverant Idus Januarias anni 1385.
 At undecima mensis Urbanus accito ne-
 poti suo Francisco Prignano clam indi-
 catis illorum consiliis ajebat fore, ut sena-
 tum bidui spatium prius, scilicet ea ipsa die
 haberet: mature proinde suorum nume-
 ro viros probe armatos ipsi subministra-
 ret. Postquam venerant Cardinales, di-
 missis reliquis vocatos in suum conclave
 reos de conspiratione interrogabat: sed
 inficias ibant cuncti. Igitur eos suo ne-
 poti

Vita to. 6

p. 1332.

Bb 5

poti